

**I**ncipit Liber de Laudibus ac festis gloriose virginis matris Marie Alias marionale dictus. Per doctores eximeos editus et compilatus.

**Q**uoniam de gestis beatissime virginis dei genitricis Marie. ad modum pauca in euangelica repiuntur hystoria. quodam vero antiqua scripta que originem eius. et vitam et assumptionem. cum quibusdam miraculis hystorico modo describere videntur. olim a sanctis patribus repudiata leguntur. tanquam apocrypha. punitati mee satis utile visum est. ob eiusdem virginis sacre veneracionem. et ad legentium edificacionem. ex dictis scriptis partem authenticis. que de predicta materia per diuersos libros. tractatus atque sermones multa conscripserunt. pro ingenij mei modulo paucos flores excerpens colligere. et in unum manuum libellum sub quodam compendio redigere. videlicet ut habeant plurimi erga eam deuoti. quid de ipsa secura sanaque fide tam in ecclesijs quam in refectorijs ceterisque locis audire vel legere valeant nostrorumque laboris memores michi quidem in digno sue pie deuocionis affectu gratiam eius optimeant. Hoc autem opusculum ita confeci. ut singulas partes secundum materie congruentiam. ut potui decentur ordinarem. Et ut sciatur de uno quoque verbo causa actoris sit. ipsorum actorum nomina per singulas partes secundum materie paginas. locis suis proprijs annotaui. Ceterum ut ad id quod voluerit legentis intentio dirigatur de facili

